Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1547
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



preciipue diligeremus illū
qui eius uitam cū incarne
uuere hinc forme coaptā·
et congruentē fuisse fide
retinemus· Sed nescio
quomodo amplius et mip-
sius forme caritatē exci-
tamur· p fidē qua credim
uixisse sic aliquē· et spon
qua nos quoq; ita posse
uuere qui homines sumus
ex eo quod aliqui homines
ita uixerunt· Minime
desperamus· ut hoc et de
sideremus· ardentius· et
fidentius precemur· sta et
ipsorum uitam fiat in nobis
diligi forme illius dilectio·
secm quam uixisse cre-
duntur· et illorum uita cre-
dita· in eandem formā
flagrantiorē excitat cari-
tatem· Vt quanto flagran-
tius diligimus dm· tanto
certius sereniusq; uideam
qui indo conspiciemus in-
cōmutabilem formā iusti-
tiē secm quam hominē
uuere oportere iudicabim·
Valet ergo fides ad cogni-
tionē· et ad dilectionē di·
Nota· quā omino inco-
gnita· aut omino n dilecta·
sed quo cognoscatur· mani-
festius· et quo firmius
diligatur· Quid ē autē
dilectio uel caritas· quā
tanto opere scriptura di-
uina laudat· et predicat·
nisi amor boni· amor autē
alicuius amantis ē· et amo-
re aliquid amatur· Ecce
tria sunt· amans· et quod
amatur· et amor· Quid est
ergo amor· nisi quedam uita·
duo aliqui copulans uel
copulare ad petens· aman-
tem scilicet· et qd amatur·
Et hoc etiam in extremis
carnalibusq; amoribus ita
ē· Sed ut aliquid purius·
et liquidius aspiramus· ca-
cata carne ascendamus
ad animū· Qui amat
animus in amico· in animū·
et illic igitur tria sunt·
Amans· et quod amatur·
et amor· Restat etiā huc
ascendere· et supius ista
quere quantū hominī
datur· Sed hic paululum
requiescat intentio· Non
ut se iam existimet inuenisse·
quod querit· sed solet in
uenire locus ubi querendū
ē aliqd· Non diu illud inuenī